

DOS MANUSCRITOS INEDITOS DE PEDRO OSMA

por JUAN LUIS VILLOTA ELEJALDE

Con la aportación de Federico Stegmüller en el artículo que sobre Pedro de Osma publicó en 1935 ¹, se ha dado un paso muy considerable en conocimiento de la doctrina y en la evolución del pensamiento de este Catedrático de Prima de la Universidad salmantina del siglo xv^o, célebre en su tiempo por su saber, y más célebre aún por el proceso al que se vio sometido a causa de su *Tractatus de confessione*, libro condenado, y por la pérdida de su Cátedra como consecuencia de su condenación, lo que obligó a la Universidad de Salamanca a defender su dignidad y prestigio frente a las acusaciones de que fue objeto en las famosas reuniones de Alcalá y Zaragoza por parte de un concurso considerable de doctores reunidos para condenar al Magister Oxomiensis.

Toda la preocupación de los historiadores que se han ocupado de Pedro de Osma se ha centrado fundamentalmente en descubrir o en reconstruir de alguna manera el *Tractatus de confessione*. Este no se ha hallado todavía y no parece que haya esperanzas de que aparezca, debido a la diligencia que la Inquisición puso en hacer desaparecer todos los ejemplares que existieran del libro «comburendo».

En cuanto a la reconstrucción del conjunto de las proposiciones que constituían el libro de Osma, aparte de la conocida labor de Menéndez y Pelayo, mucho ha contribuido el Profesor Stegmüller con el artículo arriba citado, a base de las Actas del llamado Sínodo de Alcalá y las del proceso de Zaragoza, juntamente con la luz que aportan los escritos que Stegmüller descubrió —según él manifiesta— en el Archivo de la Catedral de Oviedo en 1930 y contenidos en el cód. 35 de dicha biblioteca. Son 27 es-

1. STEGMÜLLER, F., *Pedro de Osma. Ein Beitrag zur Spanischen Universitäts, Konzils und Ketzergeschichte*. Separata de la Revista «Römische Quartalschrift» 43 (1935), Cuad. III y IV, pp. 205-266.

«Salmanticensis», 8 (1961).

critos teológicos, sermones y opúsculos, que al profesor alemán, utilizando algunos de ellos, le han servido para conocer un poco más la evolución doctrinal del Maestro Osma desde la ortodoxia a la herejía en que cae en 1478.

Aunque Stegmüller en la publicación citada hace señalar como noticia lamentable la destrucción del cód. 35 de la Catedral de Oviedo con motivo de los sucesos revolucionarios de octubre de 1934, hemos de manifestar que, gracias a Dios, no se ha perdido ni destruido. Se sigue conservando en la Catedral de Oviedo, aunque muy deteriorado a causa de la humedad a la que está sometido junto con otros valiosísimos manuscritos que en dicho archivo catedralicio se custodian. De gran interés para la ciencia sería protegerlos...

Actualmente el cód. 35 está foliado con una numeración que no coincide con la consignada por Stegmüller en su publicación.

De los 27 escritos de Osma contenidos en el códice ovetense, Stegmüller para su trabajo solamente ha utilizado un par de ellos, de los que publica algunos párrafos. Todo el resto —así lo creemos— continúa inédito.

A pesar de que el contenido teológico del *Tractatus brevis de peccato originali et actuali*, así como de la *Quaestio singularis mota*, no contienen novedad ninguna: son reflejo de la doctrina teológica clásica de su tiempo, hemos juzgado dignos de ser llevados a la imprenta, esperando que alguien complete la publicación del resto de los escritos contenidos en el cód. 35 de la Catedral de Oviedo, por ser de lo poco que se conserva de este gran Maestro de la Universidad de Salamanca, y como pequeña contribución a la misma Historia de tan glorioso Estudio General, así como a la de la Teología española.

Agradecemos las facilidades y ayuda prestada por los Muy Ilustres Señores Archiveros de la Metropolitana de Oviedo y de la Catedral de Salamanca, D. Moisés Díaz Caneja y D. Florencio Marcos Rodríguez, respectivamente.

Martínez de Osma, Pedro.

I. TRACTATUS BREVIS DE PECCATO ORIGINALI ET ACTUALI.

II. QUAESTIO SINGULARIS MOTA.

Contenidos en el Cód. 35 del Archivo de la Catedral de Oviedo: Encuadernación en madera forrada de badana, todo en mal estado. Dimensiones: 155 x 235 mm. Contiene 130 folios en papel, seis en blanco, de 152 x 219 mm. Caja de tamaño variable; Líneas: oscilan entre 30 y 34. Título del dorsal perdido. Letra gótica semicursiva (siglo xv). En la guarda, en letra gótica semircursiva: «sermones magri oxomensis», más abajo, en letra posterior: «Sermones y opúsculos del Mtro. Osma». Foliación moderna. Iniciales en rojo y azul. Correcciones marginales en cursiva.

- I. Fols. 81r-90v (Fol. 81s Rubr.). Tractatus brevis de peccato originali et actuali quem Magister de Osuma de mandato domini Segoviensis episcopi ediderat. Incipit. (Lin. 4, Prologus. Incipit). Nemo unquam ut inquit Augustinus ita plane... (Incipit, lin. 16). Duplex dicitur esse peccatum... (Explicit Fol. 90v, lin. 7). Pro diversis auditoribus et diversimode fuerint tradicta. (Rubr.). Explicit feliciter tractatus de peccato.
- II. Fols. 90v-94r (Fol. 90v, lin. 9 Rubr.). Incipit questio singularis mota et determinata... (Incipit, lin. 11) Utrum peccans statim cum potest... (Explicit, Fol. 94r, lin. 4). Hoc dixi ad honorem et utilitatem Ecclesie. [Fol. 81r.].

I. *Tractus brevis de peccato originali et actuali quem Magister de Osuma de mandato Domini Segoviensis Episcopi ediderat. Incipit.*

Nemo unquam, ut inquit Augustinus, ita plane locutus est, quod ab omnibus in omnibus intelligi posset. Multi quidem multa ac perfecte de peccato scripsere. Ego vero non quod antiquitates in aliquo emendare velim, sed ut ea quae apud diversos legeram in quodam breve corpus redigerim ac planius pro devotis personis scriberem. Breve immo et plus quam brevem tractatum de peccato nuper in utraque lingua, vulgari scilicet et latina, edideram, quem nunc transmitto ad examen Vestrae r. p. quam omnipotens Deus prospere conservare dignetur. Amen.

Duplex dicitur esse peccatum, aliud originale dictum qua per originem traducitur, aliud actuale sic appellatum quia opere et actu committitur. Primo prosequendo de originali tria videbimus. Primo quid sit. Secundo quemadmodum a primis in posteros traducatur. Tertio quid mali vel nocimenti nobis attulerit.

Circa primum considerandum quod aggregatum bonorum gratuitorum quibus primus parens fuerat praedictus, id est, ornatus iuxta consuetum modum loquendi theologorum magis probatorum, dicitur iustitia originalis, vel quia forte cum ea originem habuerit vel quia per originem posteris erat traducenda. Hoc quidem dono iustitiae originalis propter peccatum est spoliatus et ipse et tota eius posteritas dicemus igitur quod / [fol. 81v], peccatum originale in nobis nihil aliud sit quam privatio vel spoliatio iustitiae originalis ex peccato primi parentis. Hoc de primo.

Pro intelligentia secundi praemitti debet quod natura specifica transit a primis in posteros cum suis accidentibus: XV de animalibus. Peccatum autem originale dicitur esse non individui nisi forte per accidens sed naturae quia et iustitia originalis cui privative opponitur non erat dona personae sed humanae naturae cui collatum est Adam pro se et pro tota eius posteritate, ita quod habuit illud donum non in quantum Adam sed in quantum homo, dicitur igitur quod peccatum originale transit a primis in posteros. Cum natura humana cuius proprietates esse dicitur ut hic optime conveniat illud iuris peritorum: res viciosa quocumque vadat transit cum vicio suo. Hoc de secundo.

De tertio dicemus quod sicut ex dictis satis aperte potest videri totum malum vel nocimentum quia huius peccatum secum affert est quod reduxit hominem in id quod erat secundum principia suae naturae et in hoc et in futuro saeculo, ut enim scilicet in hoc saeculo nasceretur sic praefactis donis gratis quem Adam bonis naturalibus fuerant supererogata in futuro vero saeculo tenderet in limbum inferni qui ut philosophi modo aliquo somniavere dicitur humanae naturae paradisus. Hunc enim et non alium paradisum poterat homo ex viribus suis mereri. Isai. LXIV,[4] et I Cor. II, [9].

Poterunt haec plana fieri exemplo subsequenti. Hoc modo Petrus et Martinus duo ex sua stirpe agricultores, Martino remanente in eadem conditione servili, Petrus sublevarunt in altiore statum et postea ob aliquod peccatum criminale redditur in priorem

statum. Ecce in hoc caso dicemus quod Petri peccatum hoc mali sibi attulerit quod reddiderit eum in priorem statum et sic esse agricultorem dicemus in [f. 82r]. Petro sit iam poena et culpa. Non autem in Martino. Hoc de tertio ac brevissime de toto peccato originali remittentes ad ea quae alibi pro nostris scholaribus extensius de hac materia scripseramus.

Item ad ea quae Magister et doctores de his perfecte disserunt Lo. II *Sententiarum* di. XXX et inde usque ad XXXIII inclusive, et Thomas prima secundae in quaestione de peccato originali et in secunda secundae in quaestione de peccato primorum parentum. Sed ut mihi videtur planius ac verius sub paucis de his rebus disserit in opere primo I, III, di. XVI et extensius in quaestionibus de malo. Nunc autem dicendum est de peccato actuali.

Actuale peccatum in duo sectatur aliud est enim mortale sic dictum quia extinguit gratiam quae dicitur esse vita animae, aliud autem est peccatum veniale sic nominatum propter id quod facile remittitur ac facile veniam consequitur.

De mortali tria prosequemur. Primo videndum est quid sit. Secundo de eius speciebus. Tertio de remedio quo ab eo peccator possit expiari.

De primo plures a sanctis doctoribus dantur definitiones, sed pro nunc sufficiat eam explanare quam ponit Augustinus XXXII Lo. *contra Faustum* [l. 22, c. 27: ML 42, 418] ubi peccatum mortale dicitur omne factum dictum vel concupitum contra legem Dei, id est, contra caritatem sub qua universa Lex Dei dicitur contineri, Mt. XXII, 40.

Non est enim definitio Augustini simpliciter intelligenda de omni lege divina sed de lege caritatis tantum cuius est ordinare hominem in Deum et proximum sub illo enim mandatorum maximo: diliges Dominum Deum. Dicuntur contineri tria prima praecepta decalogi quae ordinant hominem in Deum. Illa scilicet unum cole Deum, ne iures vana per eum, sabbata sanctifices, sub quibus utpote [f. 82v], ipsorum explicationes numerantur universae leges et ritus ad cultum divinum pertinentes. Sub praecepto vero de dilectione proximi reponuntur alia praecepta septem decalogi quae nos docent quemadmodum homo se debeat habere ad proximum: illa scilicet venerare quoque parentes, id est, reddes unicuique quod sibi debetur, noli necari, nolique decede notari, furta cave fieri, ne sis testis nisi veri, ne cupias nuptas, ne quaeras res alienas. Sub his autem septem utpote ipsorum explicationes dicuntur comprehendendi universa illa iura civilia et canonica in particulari ostendunt quemadmodum homo se debeat habere ad proximum.

Ex his poteris notare duo vel tria satis utilia. Primo quod homo in foro conscientiae sub poena peccati mortalis tenetur observare iura canonica et civilia nisi manifeste sint iniqua et contra iura divina, et talia quae non pro caritate, sed contra caritatem videantur pugnare.

Secundo notatur omnia illa facta, dicta vel concupita quae sunt...² iustitiae esse peccata mortalia...³ quod impugnat iustitiam impugnat quoque caritatem et amicitiam quam ius non contra.

Tertium non minus utile multa immo et plura fieri posse contra praecepta divina humana vel naturae quae non erunt peccata mortalia, ea scilicet omnia quae sunt impugnantia huius praecepta sine contradictione caritatis, id est, illius virtutis qua diligitur Deus propter se et proximus propter Deum, de quibus planius infra cum de peccato veniali tractabimus, probantur universa haec ex dictis Magistri et doctorum Lo. secundo di. XXXV aliisque locis pluribus; Thomas etiam de his agit in utroque volumine secundae partis sub diversis quaestionibus, et hoc de primo. [f. 83v]. Peccati mortalis septem secundum Gregorium numerantur modi vel species quae alia septem peccatorum capita dicuntur scilicet superbia, avaritia, luxuria, ira, gula, invidia et acedia. Sub quibus

2. No se lee por estar emborronado.

3. Idem.

universa peccata mortalia sacri doctores numerari dicuntur et idcirco haec membra illa vero capita dicimus ut sic more Gregorii peccatorum genera ipsorum capita nominemus autem forte quia haec omnia sicut postea videbis ex illis septem utpote rivuli ex fontibus oriri dicuntur.

De his singulis duo vel tria prosequemur. Primo quid eorum unumquodque sit sic ostendemus. Secundo dicemus de partibus vel speciebus uniuscuiusque ipsorum. Tertio loco quae erunt disseremus de eorum filiabus is est de peccatis quae ex ipsis orientur, et primo de superbia dicere incipiamus. Superbia est inordinatus appetitus propriae excellentiae id est appetere sine meritis super alios ire. Isidorus in libro *Ethymologiarum* [L. 10 ad ltt. S: ML 82, 393] dicebat superbus dictus est quia super vult videri quam est, qui enim vult videre supergredi quod est, superbus est. Et alias iuxta modum loquendi hispanicum nominatur hoc vitium praesumptio quae opponitur humilitati cuius est retrahere animum ab inordinato appetitu magnorum.

Huius criminalis et caritati contrarii peccati superbiae quattuor iuxta Gregorii doctrinam assignantur species. Una et prima est cum bonum habet quid sibi tribuit. Secunda cum credit a Deo datum sed pro suis meritis. Tertia cum se iactat habende quod non habet. Quarta cum caeteris despectis singulariter vult videri. Unumquodque autem horum plus excellentiae sibi tribuit quam ei secundum rectam rationem conveniat. Quod est proprie proprium superbiae ex hoc enim quod superbus inordinate appetit, inordinate [f. 83v], haberi sicut plus boni vel excellentiae quam habet sibi. Aliter secundum Anselmum, et adhuc aliter secundum Bernardum, assignantur partes superbiae sed hoc in hoc auditorio ut mihi videtur non convenit explicare de filiabus autem superbiae forte quia tanta erat earum caterva theologi praeteriti. Nihil scripsere. Hoc de superbia diximus.

Avaritia dicitur inmoderata aviditas id est cupiditas habendi divitias scilicet pecuniam et ea quae pecunia mensurantur. Erit autem huiusmodi cupiditas peccatum mortale si adeo fuerit effrenata quod aliena iniuste rapere vel detinere velit. Est enim hoc contra iustitiam et caritatem quod est totum esse peccati mortalis. Si vero quis ille realiter id est plus quam sit necessarium ad finis executionem cupiat habere divitias huius saeculi dum tamen id non cupiat inique id est cum damno proximi. Erit huius avaritia peccatum veniale eo quod limites caritatis non excesserit.

De avaritia nullus unquam dixerat quod haberet species. Dicunt tamen theologi eam parturire sex aut septem iniquitatis filias. Haec autem sunt productio proximi fraus in rebus, fallacia in verbo et periuria animi ac totius vitae inquietudo in violencia et contra misericordiam cordis obduratio. His ita quia similibus utuntur avari lucro plusquam importat studentes. Hoc de avaritia brevissime diximus.

Est autem luxuria appetitus vel usus illicitus voluptatis venereae. Illicitus quidem est omnis ille coitus qui fit vel non cum propria uxore vel non in vase proprio.

Nec est dubium omnem huius coitum esse peccatum mortale, est enim contra caritatem [f. 84v], quae debetur aut proli aut civitati, expedit enim civitati ne quis venereis voluptatibus utatur. Luxuriae vero partes vel species dicuntur esse sex aut septem: accessus enim soluti ad solutam dicitur simplex fornicatio, quod si fuerit ad coniugatam dicitur adulterium, cum moniali vero committitur sacrilegium, cum affini vel consanguinea incestus, sed cum virgine si fuerit de ipsius voluntate struprum nominatur, si vero contra eius voluntatem raptus appellatur. Aliud omnibus his turpius dicitur vitium contra naturam et huius iterum quattuor assignantur species: una quae dicitur mollities fit cum causa voluptatis vocatur exitus spermatis. Secunda quae committitur cum animalibus alterius speciei ex ipsis nomen accipiens vocatur bestialitas. Tertia est vitium sodomiticum cum scilicet masculus coit cum masculo vel femina cum femina. Quarta non habens nomen proprium ex ipso genere nomen accipiens: nuncupata est bestialitas cum scilicet

Tractatus brevis de peccati orig. mali & actus
 li quem magist. de orna de mandato dñi
 Sac. omenfic epi videtur sicipit : — : — :



Primo unquam ut inquit augustinus
 sapienter locutus est quod bonum in
 omnibus intelligi possit. mala qui
 dem videtur ac profecto se peccato
 non. Sed ut de quo apud augustinum loquens in
 quodam brevis coepit exponere et dicitur
 quodammodo sciam. Dicit vero quod
 peccat ut dicitur in peccato imper. In peccato
 vulgari. Sicut enim dicitur. quod non dicitur
 to ad quodam. In p. qui dicitur in p. qui
 peccat dicitur dicitur dicitur.

Omnis peccatus dicitur peccati dicitur
 male dicitur. quod per dicitur in
 dicitur. aliud dicitur ac dicitur
 peccat & actu dicitur. In peccato de
 originali. In dicitur. In dicitur. In
 quodammodo dicitur in peccato dicitur.
 Dicitur quod mali ut dicitur in peccato dicitur.

Sicut dicitur in peccato de originali dicitur.

Circa p. dicitur dicitur quod dicitur in peccato
 dicitur. quibus dicitur peccat dicitur peccat
 dicitur. i. dicitur in peccato dicitur in peccato
 quod in peccato dicitur magis peccat dicitur nisi
 de originali dicitur dicitur cum dicitur dicitur
 dicitur. In peccato dicitur peccat dicitur dicitur.
 In peccato dicitur dicitur dicitur dicitur
 de peccato dicitur dicitur dicitur dicitur

et sic motus huiusmodi quod nescias et oratione
 est quantum bonitas huius tractatus patet dicitur
 de peccatis originali et actuali nec potest aliter
 fuisse deest. Et de his in locis pluribus aliter hic
 et aliter in lingua hyspanica prostratus fuerimus
 et nullum debet puerum in conveniens dicitur
 post mortem si contrarius adveniens non fuerit
 iudicatus.

Explicit feliciter tractatus de peccatis
 Incipit questio singulari mota et deservit in
 post alios doctores per nunc omnem rem.



Cum peccatis scilicet cum peccatis
 bonitate de peccatis. Et de his in locis
 mota. Invenimus non est qui peccat
 dicitur. Conceptus non exordium. quod autem
 nono dicitur contempit. Quod dicitur tunc
 cum scilicet cum peccatis. Et de his in locis
 confitemur cum peccatis. Plus scilicet ad quatuordecim
 articulos scilicet quam articulos corporalem. Nam
 autem corporalem non sine peccatis dicitur et
 tunc dicitur medium corpus non ergo autem sunt
 veritatis scilicet scilicet operatur et tunc te
 operatur medium. Quod dicitur in dicitur. Cum
 de scilicet tunc dicitur scilicet cum peccatis scilicet
 et de his aliter dicitur. Nam hoc non operatur
 scilicet cum peccatis scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet
 kalendis. Et scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet
 peccatis dicitur. Et scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet
 et malitias scilicet cum peccatis scilicet scilicet scilicet
 ad peccatum autem non nihil scilicet scilicet scilicet scilicet
 tunc scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet
 de peccatis scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet scilicet

Confessio in
 huius hinc
 dicitur

maritus propria abutitur uxore forte quia eam cognoscit non modo debito vel non in vase proprio.

Ex vitio luxuriae plures detestandae oriuntur filiae scilicet caecitas mentis quantum ad finem et in his rebus quae sunt ad finem, inconsideratio vel praecipitatio in voluntate quoque ex hoc ipso eodem vitio suboriuntur amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror vel desperatio futuri. Dicitur autem luxuriosus inordinate amare se ipsum per hoc quod ardentem et inordinate amat suam delectationem sed Deum odit in quantum prohibet ea in quibus ipse maxime delectatur et in quantum fruitur voluptatibus huius saeculi voluptates autem spirituales fastidit. Dicitur habere affectionem huius saeculi et horrorem vel desperationem alterius. Hoc de peccato luxuriae. Nunc de ira videamus. [f. 84v].

Ira et ad virtutem et ad vitium pertinere poterit, est enim ira appetitus vindictae propter iniuriam illatam vel quae putatur esse illatam. Huiusmodi quidem vindicta ad virtutem pertinebit si appetatur zelo iustitiae id est ut iustitia conservetur scilicet ut culpa corripiatur, malum a civitate arceatur, pax et tranquillitas animi habeatur. Sub hoc etiam zelo iustitiae theologi includi volunt caeteras condiciones ad hanc virtutem necessarias ut scilicet non velimus puniri eum qui non meretur vel plus quam meretur vel praetermisso ordine iuris. Et ut motus quoque irae non immoderate ferveat in nobis interius nec exterius. Pertinebit autem vindicta ad vitium si non zelo iustitiae appetatur id est si appetamur praetermisso quocumque de praedictis.

Et erit quidem peccatum mortale si id quod praetermittitur sit iniustum et contra caritatem quemadmodum fit cum appetitur puniri is qui non meretur vel plus quam meretur vel praetermisso ordine iuris vel etiam sine debito cum si appetitur vindicta non ut iustitia conservetur et culpa corripiatur et malum arceatur, sed potius ut nos ipsi quod credimus de vindicta faciemur.

Peccatum autem veniale tunc dicitur esse cum huiusmodi inordinatio non repugnabit iustitiae nec caritati. Sic fieri videmus cum ira plus aequo forvescit interius vel exterius nisi forte ex huiusmodi fervore recedatur a caritate Dei vel proximi quia tali casu esset huiusmodi fervor peccatum mortale non quidem ex natura sua sed ex ea re quae sibi accidit.

Modi vel species iracundiae iuxta philosophum dicuntur esse tres: Una et prima est hominum acutorum qui facile et pro levi causa irascuntur quibus etiam facile cessat iracundia. Secunda apud graves et [f. 85v] difficiles moratur qui non nisi tarde ab ira recedunt. Tertia species dicitur esse hominum amororum qui nisi vindicentur nunquam ab ira desistunt.

Ex iracundia nascuntur sex filiae satis grandaevae scilicet indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, blasfemia et rixa. Primae duae quae in corde dicuntur existere differunt per hoc quod indignatio dicitur in quantum iratus putat indignum esse quod iniurians tale quid sibi fecerit. Tumor vero mentis dicitur excogitatio diversorum modorum vindictae. De aliis autem tribus quae apud loquellam versantur clamorem dicimus inordinatam et confusam verborum prolationem. Sed verborum prolatio iniuriosa cum est in proximum dicitur contumelia, in Deum vero blasfemia. Ira vero quae non solum in contumeliam sed etiam in factum prorumpitur rixa nominatur. Sub qua comprehenduntur universa nocumenta quae ex ira proximis nostris inferimus. Et haec de ira.

Gula est inordinatus appetitus edendi vel bibendi qui sine peccato esse non poterit cum sit contra rectam rationem et virtutem temperantiae. Et tamen non omnis huiusmodi inordinatus appetitus edendi vel bibendi erit cum peccato mortali sed tantum illae qui propter voluptates cibi vel potus paratus est agere contra caritatem Dei vel proximi. Itaque gula secundum se non est peccatum mortale sed ex accidenti. Et quoniam hoc frequentissime ei inest, inter peccata criminalia numeratur. Quamvis non sit dubium pro maiori parte esse peccatum veniale.

Sunt autem huius peccati species quinque his versibus contentae scilicet propere, laute, nimis, ardentem [f. 85v]. studiosam. Dicitur quis propere edere per hoc quod praeventit tempus debitum edendi. Sed laute is est qui quaerit cibos delicatos ac preciosos et ultra quam suae facultates patiantur. Nimis vero comeditur aut bibitum quando plus accipitur de potu aut cibo quam sit necessarium ad naturae sustentationem. Ardentem autem comedere est grutare cibum festine et antequam debito modo masticetur. Ultimo dicitur quis in hoc genere peccati errare cum in unum studet circa ciborum praeparationem. Haec sunt species gulae secundum Gregorium quae secundum se considerentur. Magis venialia quam mortalia peccata videbuntur. Ex hoc vitio quinque nascuntur turpēs filiae scilicet ebetudo mentis, multiloquium, scurrilitas id est turpiloquium, inmunditia corporis id est emissio superfluitatum per diversas corporis partes inordinate exeuntium et inepta id est stulta letitia iuxta illud secundo Esdrae III: vinum omnem mentem convertit in securitatem et iocunditatem [III Esdr. 3, 20]. Et haec de peccato gulae.

Invidia est cum quis dolet de honore et prosperitate alterius putans quod inde eius honor et gloria diminuatur. Nam si ob aliquam causam esset huiusmodi dolor non pertinet ad genus invidiae sed ad alia de quibus non est nostri propositi hic tractare.

Est autem invidia ex se et ex natura sua non solum peccatum sed etiam peccatum mortale. Est enim directe contra cecitatem cuius est gaudere de honore et prosperitate proximi. Nec tamen negamus quod invidia modo aliquo possit numerari inter peccata venialia sed quemadmodum hoc fieri possit opportunius quam hic dicitur infra cum de peccato veniali tractabimus. Species autem et filiae [f. 86r], invidiae theologi praetereunt. Sed de his etiam forte postea aliquid in genere dicemus. Nunc vero de invidia haec brevissime sunt dicta.

Acidia in rebus corporalibus est acetositas vel insipiditas quaedam. Dicitur enim ab acido quod est acetosum vel insipidum ex hoc translatum est ad spiritualia et dicitur in theologia peccatum acidae dolor quidam qui adeo sumit animum peccatoris ut et Deus et omnia divina quae manuducunt hominem in Deum sunt acida id est insipida, dolorosa id est quasi odio habita. Non enim dicitur acidia ut aliqui putant molestia illa quae in operibus virtuosis sentitur ab eo qui non habet virtutem nam et sic non esset vitium speciale cum omnibus vitiis sit commune, immo et convenit omnibus non habentibus virtutem.

Ex quibus sat manifeste patet quod hoc vitium ex se et ex natura sua sit peccatum mortale tollit enim animae vitam scilicet caritatem cuius est gaudere in Deo et in rebus divinis quibus homo in Deum manuducitur. De hac forte molestia loquebatur Apostolus II Cor. VII, 10, ubi dicebat tristitia saeculi mortem operatur.

Huiusmodi detestabilis non assignantur species et tamen ut Gregorius dicit XXXI Lo. *Moralium* [C. 45: ML 76, 621] ex eo oriuntur sex filiae satis iniquitatis scilicet desperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis circa illicita, malitia id est detestatio bonorum divinatorum, rancor id est odium eorum qui persuadent et commonefaciunt nos agere bona spiritualia, postremo loco ponitur pusillanimitas id est parvitas animi ad agendum magna. Cuiusmodi sunt ea quae in evangelicis consiliis continentur est verum quod Isidorus istorum aliquo modo nominaverat [f. 86v]. Sed non est pro mihi de hoc multum curandum et haec de acida ac de caeteris vitiis capitalibus eorumque speciebus et filiabus breviter dicta sunt.

Sed antequam veniamus ad remedia quibus peccata dicuntur expiari videndum est hic de quodam dubio ex praedictis oritur; dubitaret enim aliquis quemadmodum cognosci possit de singulis peccatis quae quotidie committuntur ad quod de praedictis reduci debeant.

Pro responsione considerandum quod essentia vel species peccati materialiter accipitur ex objecto vel materia sed formaliter ex fine et intentione peccatoris sic distinguit

Thomas in multis locis vel planius quam alibi L. IV *Sententiarum* di. XXXVIII, q. 2 art. 2 sub art. 2.^o in pede. Et qui aessentia vel species peccati sit absolute accipienda non es obiecto sed ex fine satis expresse habetur quinto ethicorum sed planius in lege qui iniuriae Digesto de furtis ubi iurisperitus dicebat qui iniuriae causa januam alterius efregerit et inde per alios res amotae sint non tenetur furti sed iniuriae, subdit rationem quia voluntas et propositum distinguunt maleficia. Non minus plane hoc idem docuit Ambrosius in Libro de Officiis ubi nos instruens ait effectus tuus opere tuo nomen imponit.

Ex his ergo dicemus ad praefactam quaestionem quod universa crimina ad illud capitale peccatum reduci debent cuius finem is qui peccat praetendit. Unde non erit inconueniens dicere quod unum et idem erratum materialiter ex diversa voluntate errantis ad diversa formaliter et absolute dicatur pertinere maleficia. Ut si is qui furatur praetendat finem superbiae erit [f. 87r], huius furtum peccatum superbiae. Et si intendat finem avaritiae dicemus illud furtum pertinere ad peccatum avaritiae, et sic satis facile poterat de singulis peccatis exemplificari.

Ex quibus patet non esse inconueniens dicere quod unumquodque illorum septem capitalium possit alia sex continere et contra secundum quod in obiecto et materia cuiuscumque ipsorum praetendi possunt fines aliorum.

Est etiam ex praedictis facile videre quod illa septem vitia dicuntur capitalia ea ratione quia inveniuntur habere fines multum appetibiles ad quod universi fere inordinate affecte peccamus. Et haec de responsione praefactae quaestionis et de his quae inde sequuntur. Haec autem et alia quae dicta sunt de vitiis capitalibus probantur ex doctrina theologorum doctorum in secundo libro Sententiarum aliisque locis pluribus. Thomas etiam de his agit satis late in secunda parte Sumae sub diversis quaestionibus.

Remedium autem et medicina contra morbum peccati mortalis dicitur esse sacramentum poenitentiae, ubi nobis datur gratia quae liberat animam ab omni contagione id est ab omni macula peccatorum criminalium quo fit ut etiam liberet eam ab omni reatu et ab omni culpa, quia cum deletur macula quae dicit gratiae...⁴ deletur quoque reatus id est obligatio ad poenam. Deletur etiam culpa quae dicit utrumque istorum prout sunt voluntaria. Est enim culpa malum quodcumque ex voluntate proveniens. Quamvis in Scriptura interdum indistincte unum pro alio positum reperiat ut sic in nonnullis locis Scripturae reatus culpa et culpa reatus dicitur. Eodem modo [f. 87v] de macula, sed hoc minus frequentatur nomen vero peccati et unum tantum et duo et tria haec simul dicere consuevit. Sicut ergo baptismus dicitur fuit remedium a Christo datum contra peccatum originale sic et sacramentum poenitentiae contra morbum peccatorum actualium non quorumcumque sed criminalium.

Nec tamen diffitemur alia quoque sacramenta modo aliquo fuisse tradita in remedium peccati quia cum nulla gratia sacramentalis possit stare cum peccato mortali si aliquis existens in peccato mortali sine conscientia tamen peccati is est putans se non esse in peccato accesserit ad huiusmodi sacramenta liberatur a peccato, et dico sine conscientia peccati quia sicut omnino liber a peccato mortali iusta illud: et si simplex fuero hoc ignorant anima mea Iob. IX, 21. Simile est illud: nihil mihi conscius sum: sed nec in iustificatus I Cor. IV, 4. Quidam etiam allegant illud Ecclesiastes IX, 1: nemo scit an sit dignus odio vel amore. Sed certe istud nec facit ad rubrum nec ad nigrum quia littera illa loquebatur de odio vel amore electionis vel reprobationis.

Et si quaeratur utrum ipsa gratia sacramentalis quae iustificat hominem sit alius a donis et virtutibus dicendum quod secundum opinionem aliquorum huiusmodi gratia non differt in essentia a caritate. Thomas tamen tenet oppositum dicens quod sit qua-

4. No se lee por estar emborronado.

litas quidam deiformis quae existens in esse animae dicitur esse principium ex quo utpote ex proximo fonte dicuntur emanare et theologicae virtutes et Spiritus Sancti dona quemadmodum ex intellectu agente dicuntur pullulasse universae virtutes acquisite morales et intellectivae. [f. 88r].

Quod autem diximus sacramenta iustificare intelligendum est cum suscipiuntur in re vel in voto. Et haec de remediis contra peccata criminalia pro brevitate huiusmodi tractatus tam brevissime dicta sint, remittentes ad ea quae de his magister et doctores Lo. IV.

De peccato veniale de quo post haec dicere nostra fuerat institutio quattuor prosequemur: primo videndum est quid sit peccatum veniale. Secundo de modis vel speciebus ipsius. Tertio de nocimento quod afferat. Quarto de remediis contra ipsum.

De primo dicendum quod peccatum veniale dicitur omne inordinatum factum, dictum vel concupitum contra rationem et virtutem non repugnans tamen caritate quae debetur Deo vel proximo.

In hac definitione tanguntur genus et differentia pro hoc enim quod est aliquid inordinatum contra rationem et virtutem dicitur habere rationem peccati. Sed in hoc quod non est contra caritatem differt a peccato mortali cuius est impugnare ac destruere caritatem quae dicitur esse vita animae.

Quaecumque igitur inordinata facta, dicta vel concupita quantumcumque sint inordinata si non faciunt contra caritatem qua diligitur Deus et proximus dicuntur esse peccata venialia, quod tene menti. Et hoc de primo.

Circa secundum theologi dicunt duplicia esse peccata venialia ex genere, alia vero per accidens. Peccata quidem venialia ex genere dicuntur quaecumque ex obiecto et natura sua habent quod non sint impugnantia caritatem Dei et proximi sicut sunt verba vel facta otiosa, risus superfluus, mendacium vel officiosum et alia similia, sub hoc enim genere videtur contineri quasi tota moralis vitiositas. [f. 88v].

Venialia vero per accidens dicuntur illa peccata quae ex natura sua sunt impugnantia caritatem Dei vel proximi, sed accidunt eis fieri levia ac veniali aper hoc quod non habent plenum consensum rationis. Haec sunt blasfemiae, homicidia, adulteria, furta et alia huiusmodi quandiu sunt infra limites sensualitatis.

Sed videretur alicui quod ista non sunt homini imputanda quia ut Augustinus in libro *De vera religione* dicebat: usque adeo peccatum voluntarium malum est ut nullo modo fit peccatum si non sit voluntarium. Ad hoc aliqui cum quibus videtur sentire magister Petrus Lombardus dixere quod illa definitio Augustini locum habet in peccatis criminalibus non autem in venialibus quia natura humana adeo fuerat vulnerata ex peccato primi parentis ut dicunt ut peccare possent etiam invite.

Sed alii cum quibus Thomas dicunt hoc stare non posse quia id solum dicitur ab homine fieri quod voluntarie factum existit —III ethicorum— unde concedunt huiusmodi peccata a modo aliquo esse voluntaria quia in nobis fieri non possit conjunctim. Quod et probabilius videtur.

Quo fit ut venialia per se fieri possunt criminalia per accidens si forte accadat eis esse contra caritatem, sic et criminalia per se fieri possunt venialia per accidens ex defectu electionis. Et haec de secundo.

Tria inconmoda videntur secum importare peccata venialia. Primo quodcumque peccatum veniale tollit ordinem rationis et est contra virtutem aliquam. Sicut intemperantia potus et cibi quae tollit temperantiam, timiditas vel audacia fortitudinem, illiberalitas vel prodigalitas liberalitatem, et sic dicendum est de similibus. Quae quamvis non tollant caritatem tollunt tamen aliquam virtutem.

Ex his sequitur secunda incommoditas peccati venialis scilicet reatus id est obligatio ad poenam purgatoriam: non enim patitur iustitia divina aliquod peccatum transire impune iuxta illud: reddes unicuique iuxta opera sua, Ps. LXI, 13, simile Mt. XVI, v. 2,

27, Apoc. II, 23, et ultimo. Jeremias quoque in capitulo XVII, 10 dicebat: Ego Dominus scrutans corda et probans renes qui de unicuique iuxta adinventiones suas. Et quia peccatum veniale non tollit caritatem non obligat hominem ad aeternam poenam et ideo nisi in hac vita expietur necesse est dicere quod in alio saeculo igni purgatorio exterminetur, erit autem huius poena magis et minus gravis secundum quod et peccata venialia quaedam magis et quaedam minus gravia reperiuntur, quod et prima Cor. III, 12, Apostolus per illa tria aeternalia feni, lignum et stipulam ignere videtur. Tertium incommodum peccati venialis est quod disponit hominem ad peccandum mortaliter quod dupliciter fieri videmus: uno modo per hoc quod quis assuefactus ad leviora sumit audaciam committendi maiora. Aliter dicitur disponere ad peccandum mortaliter per hoc quod si fuerit frequentatum adeo poterit peccatorem corrumpere ut non vereatur illud committere sine ullo Dei timore et sic effrenate ad illud accedere quasi non sit malum, quo casu non est dubium esse peccatum mortale cum sit factum in contumeliam Creatoris et suae legis et potissimum legis naturae quae nos interius hortatur cavere huius. Ro. II, 15. De his autem in quibus huius lex naturae ex prava consuetudine extinguitur dicebatur quod venerit in profundum malorum; Prover. XVIII, 3. Sunt quoque inemendabiles [f. 89v], nisi speciali gratia Dei adiuventur. De his enim ait Scriptura: Si poterit ethiops mutare pellem suam et vos poteritis facere bonum cum didiceritis malum: Ieremiae, XIII, 23.

Hinc aliqui de antiquioribus dixere cavendum esse summopere peccata venialia quia illa quamvis in se levia sint, et tamen saepius iterata et multipliciter facere possunt unum grave cumulata. Non est hoc sic intelligendum secundum quod verba sonare videntur, quia cum mortale et veniale distent in infinitum quod poena infinita eius debita ostendit non est possibile ex venialibus fieri mortale et ideo cum dicitur quod plura venialia faciunt unum mortale exponendum est idem disponunt ad unum mortale secundum quod dictum est. Et hoc de incommoditatibus peccati venialis.

Circa ultimum quod erat videre de remediis contra peccata venialia considerandum quod peccatum veniale contrariatur non quidem caritati quia cum ea poterit stare, sed est contrarium fervori ipsius caritatis, et quia unum contrarium tollitur per aliud —primo Physicorum aliisque locis pluribus— necesse est dicere quod peccatum veniale deleatur per cacitatis fervorem.

Quo fit ut omnia illa quae in nobis sunt excitantia fervorem caritatis dicantur delere peccata venialia cuiusmodi sunt oratio dominica, aqua benedicta, confessio generalis benedictio episcopalis, tunsio pectoris et alia huiusmodi quae dicuntur delere peccata venialia non quod in se talem habuerint virtutem sed quia sunt excitantia in nobis fervorem caritatis cuius est delere peccatum veniale. Nec obstat quod Augustinus dixerit peccata [f. 90r], esse confitenda non solum mortifera sed etiam venialia. Loquebatur enim Augustinus de consilio non autem de praecepto quia non magis sacramentum poenitentiae quam quaecumque alia sacramenta potest dici remedium contra peccata venialia cum in omnibus sacramentis detur nobis gratia cuius fervore mediante expiari possunt venialia.

Ex praedictis poteris notare tria satis utilia. Primo quod sicut peccata venialia sunt multum plura quam mortifera et facile admisibilia de his enim dicitur si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est —Prima Iaco. primo [I Io. 1, 8]— sic et remedia contra ipsa inveniuntur numero plura quam remedia contra mortifera et alia quod facile poterit ea quisque peccator adire.

Secundo notatur sine caritate nemine posse liberari a peccato veniali quia ubi non est caritas non potest esse fervor caritatis quo fit ut nemo possit liberari nec ab uno veniali nisi prius liberetur ab omni criminali, quia habitus caritatis excludit omnia criminalia.

Tertio notatur peccatorem posse liberari ab uno veniali sine hoc quod liberetur ab omnibus, non enim quilibet fervor caritatis opponitur quilibet veniali.

Hic finaliter adiciendum est unum quod ut ego puto haec omnia vincit in utilitate scilicet quod de duobus mandatis de dilectione Dei et proximi de quibus, Mt. **XXII** [Mt. 22, 37-40] pendet universa lex quae ordinat hominem ad Deum et proximum, non autem omnis ea lex quae ordinat hominem in se ipso nam aliter sequeretur quod universa peccata essent peccata mortifera cum nullum esse possit peccatum quod non sit alicui legi contrarium quod si talis lex ex lege caritatis pendet erit quidem omne tale peccatum contra caritatem [f. 90v], et sic mortiferum quod nefas est d'cere.

Dictum est quantum brevitatis huius tractatus patiebatur de peccatis originali et actuali.

Nec putet aliquis fuisse a casu quod his in locis pluribus aliter hic et aliter in lingua hispana prosecuti fuerimus quia nullum debet putari inconveniens si eadem pro diversis auditoribus et diverssimode fuerint tradita.

Explicit feliciter tractatus de peccato.

II. *Incipit quaestio singularis mota et determinata post alios doctores per Magistrum Oxomensem.*

Utrum peccans statim cum potest teneatur confiteri. Videtur quod sic. Dicit enim Hugo de Sancto Victore: [*Dé sacram.*, l. 1, p. 9, c. 5: ML 176, 525] si necessitas non est quae praetendatur contemptus non excusatur, quilibet autem tenetur vitare contemptum, ergo quilibet tenetur plus facere ad evadendum a morbo spirituali quam a morbo corporali, infirmus autem corporaliter non sine detrimento salutis retardat medicum requirere. Non ergo erit sine detrimento salutis spiritualis quod peccator retardat requirere medicum spirituales id est sacerdotem.

Item quod sine termino debetur statim cum potest solvi debet, ergo, etc...

Aliter formatur ratio hoc modo: quod pure debetur statim cum potest solvi debet —Digesto de verborum obligatione lege eumque kalendis finali et Instituta eo titulo §— omnis confessio autem pure debetur. Ergo statim solvi debet.

Item debetur ex maleficio statim cum potest solvi debet quia quod ad periculum animae non multum infert aliena invadere vel aliena iniuste detinere. De quo est textus in capitulo saepe de restitutione: spolia. Confessio autem ex maleficio [f. 91v] debetur ergo, etc...

Item quod debetur ex praecepto affirmativo solvi debet oblata opportunitate solutionis quia praecepta affirmativa dicuntur obligare in diem id est pro aliquo tempore determinato quod quidem determinatur ex quacumque opportunitate adimplendi illud quod in praecepto continetur. Confessio autem debetur ex praecepto affirmativo. Ergo etc.

Item quilibet tenetur statim deserere peccatum iuxta illud: sic a facie colubri fuge peccatum Ecc. **XXI** [Eccli. 21, 2]. Peccatum autem deletur per confessionem. Ergo, etc.

Item antequam esset aliquod ius humanum de confessione tenebatur homo ex iure divino statim cum poterat confiteri quia confessio tunc pure debebatur, ius autem humanum determinans tempus confessionis non indulget dilationem sed removet poenam scilicet ne quis privetur sepultura et ne ab ingressu ecclesiae arceatur et communionem sacramentorum privetur.

Item religiosi tenent statim confiteri cum possint quamvis hoc non sit de contentis in voto, laici autem tenentur ad omnia ad quae tenentur religiosi si talia non continentur in voto. Ergo etc...

Item quilibet deserere concilium d'aboli et sequi consilium Spiritus Sancti, diabolus autem consilium defferre confessionem et Spiritus Sanctus consulit eam accelerare patet

hoc Ecc. V [Eccli. 5, 8] ubi Spiritus Sanctus ait: non tardes converti ad Dominum et ne differas de die in diem.

Item Casiodorus dicit in littera quod votum pro operatione iudicatur, et Thomas dicit illud esse verum si votum fuerit ita planum quod nihil retarde ab executione nisi impotentia. Sed habita opportunitate confitendi si confessio differtur aliud est quod retardat ab executione quam impotentia. Ergo huius votum non habet effectum confessionis vocalis.

Item Leo Papa in littera dicit: sufficit enim confessio quae primum Deo offertur tunc etiam sacerdoti et paulo postea magister subdit oportere Deo primum deinde sacerdoti offerre confessionem, alia autem duo adverbia tunc et deinde idem dicunt quod statim. Ergo oportet statim confiteri. Quidam addunt hic quasdam alias rationes huic similes quae adeo sunt leves quod non [f. 91v] sunt consideratione dignae, tum etiam quia involvunt hic illa quaestionem utrum sufficiat soli Deo confiteri, de quo pro nunc non est quaestio nam iuxta Aristoteles hic parente Ethicorum primo non oportet omnes opiniones scrutari sed eas tantum quae rationem vel aphantiam aliquam indicatur habere. Illae ergo sunt rationes ex quibus aliqui opinantur oportere peccatorem statim cum potest confiteri.

Sed contra est veritas secundum communem, opinionem theologorum quae probans sic in Decretali: [*Decretal, Gregorio IX*, l. 5, tit. 38, c. 12: «Omnis utriusque sexus»] omnis utriusque sexus simul datur tempus determinatum de confessione et de Eucharistiae perceptione, non autem peccat aliquis si non percipiat Eucharistiam ante tempus a iure determinatum. Ergo eadem ratione non peccabit si ante tempus illud non confiteatur.

Item qui omittit facere illud ad quod ex praecepto tenetur non autem semper peccat mortaliter qui non confitetur statim cum potest quoniam alias sequeretur quod ex dillatione unius confessionis possit quis incurere quasi infinita peccata mortalia scilicet quotiens potuit oportune confiteri cum potest.

Item cum de iure non caveatur nec nos illud debemus dimanare quia quod sanctorum primum documentum sanatum non est superstitione adinventione non est praesumendum II q. V consuluit non est autem aliquod ius divinum nec humanum in quo expresse dicatur quod peccans debeat confiteri statim cum potest. Ergo nec nos illud debemus dimanare.

Item praecepta poenalia tenenda sunt in suis terminis prout iacent aut saltem non sunt ad graviores poenas amplianda quia sicut dicitur Digesto de poenis: demoliendae sunt poenae et non exasperandae. Praeceptum autem de confessione est poenale quia confessio poena quaedam, est. Ergo sic prout iacet in suis terminis est tenenda nihil ei addendo.

Item baptismus non est minoris necessitatis quam confessio, potest autem quis sine ullo peccato differre baptismi etiam si non expectet maiorem [f. 92r] opportunitatem dum tamen id non faciat in contemptu sacramenti. Ergo eadem ratione poterit quis sine ullo peccato differre confessionem dum tamen id non faciat in contemptu sacramenti.

Item sic et fortius quod debetur ex praecepto affirmativo non debetur pure sed in diem vel secundum modum loquendi theologorum praecepta affirmativa non obligant ad statim sed pro aliquo tempore determinato id est non obligatur ad faciendum statim id quod in eis continetur sed pro aliquo tempore determinato. Hoc autem tempus non est tempus cuiuscumque opportunitatis sed illud tantum quod inducit urgentem necessitatem, quoniam alias sequeretur quod diversis totiens peccaverit mortaliter quotiens oblato paupere non daret eleemosynam, et universaliter quod homo peccaret mortaliter quomodocumque oblata opportunitatem non ageret ea quae pertinent ad bonos mores: quod perabsurdum est dicere. Sic dicit Thomas in XVII, di. q. III, ar. 1.º sub ar. 4.º in pede: est autem manifestum quod praeceptum de confessione sit affirmativum, erit

igitur confessio aliquid debitum non quidem pure sed in diem id est pro aliquo tempore determinato quod urgentem inducit necessitatem. Tempus autem illud sive dies Paschae ubi ex praecepto Ecclesiae fideles sunt obligati Eucharistiam percipere quod digne facere non possunt nisi prius fuerint realiter confessi.

Istae igitur sunt rationes quas theologi putavere convincibiles unde dicunt quod non tenetur quis statim confiteri cum potest, sed sufficit contritio cum proposito confessionis tempore ab Ecclesia statuto. Hoc tenet Ricardus, Scotus, Thomas et sui fautores. Sed Ricardus ab hac generalitate excipit tres aut quattuor casibus: si debeat quis celebrare vel Eucharistiam percipere, si fuerit in maximo et [f. 92v] eminenti periculo mortis, si conscientia dicet ei tantum statim debere confiteri et si timet quod tempore quadragessimale non habebit sacerdotem idoneum qui eum absolvat.

Dominus autem Bonaventura [*In Sent.* 4, d. 17 p. 2 a. 2 q. 2] dicit quod prout ipse putat oblata opportunitate confessio non potest differri sine peccato nisi maior expectetur opportunitas et quia tempus quadragessimale est tempus acceptabile et magis opportunum ad poenitendum quam aliquod aliud tempus et ideo sine peccato ut dicit poterat confessio protelari usque in illud tempus.

Sed Thomas contra hoc meliorem ut mihi videtur assignaverat causam dicens quod cum propositum confitendi fit annexum contritioni, tunc tenetur homo ad hoc propositum quando ad contritionem tenetur scilicet quando peccata memoriae occurrunt et praecipue cum in periculo mortis existit. At si debet aliquid facere quod nisi fuerit sine peccato peccat illud faciendo, sicut cum ex officio tenetur ad celebrandum si desit copia sacerdotis tenetur saltem conteri et habere propositum confitendi. Ad confessionem autem in re obligatur quis dupliciter: uno modo per accidens scilicet quando tenetur ad aliquid quod non potest sine peccato facere nisi confessus, sicut si debeat Eucharistiam percipere, ad quam nullus post peccatum mortale accedere debet nisi prius fuerit confessus copia sacerdotis oblata et necessitate non urgente.

Alio modo tenetur quis ad confessionem per se id est ex praecepto et quia illud praeceptum est affirmativum non est obligatio pura sed in diem id est pro aliquo tempore futuro quod urgentem inducat in necessitatem. Confessio itaque sine peccato potest differri in futuro non quidem ex indulgentia Ecclesiae ut aliqui [f. 93r] putavere, nec etiam ex hoc quod expectetur maior opportunitas ut dicebat dominus Bonaventura. Sed hoc fieri potuit ex natura praecepti affirmativi cuius est obligare in diem vel pro aliquo tempore determinato ut Thomas dicit.

Dicendum ergo ad primum in oppositum quod Hugo loquebatur de his qui ex contemptu sine sacramentis decedunt, non autem contempnit sacramentum qui ex hoc solo differt quod non est necesse accipere.

Ad secundum dicendum quod minor non est similiter vera, non est enim de necessitate salutis corporalis quod infirmus statim medicum quaerat sed tunc quaerendus est medicus quando necessitas curationis incumbit. Si autem morbus sit talis quem natura possit curare non est opus quaerere medicum.

Ad tertium dicendum quod minor est similiter falsa, confessio enim et omne quod ex praecepto confirmativo debetur non debetur pure nec sine termino sed in diem et pro aliquo determinato tempore pro eo scilicet quod urgentem inducit necessitatem. Itaque omne tale statum debetur non tamen statim peti potest nec statim cum potest solvi debet. Quod vero debetur ex praecepto negativo sicut statim debetur sic statim peti potest et statim cum potest solvi debet.

Ad quartum dicendum quod maior non est similiter vera habet nempe locum in debito principali non tamen in debito poenali. Ad debitum nempe poenale non obligatur quis antequam sit condemnatus per iudicem, sic dicit Thomas *secunda secundae*, q. LXII, a. 3.º in pede, unde patet quod quamvis male oblatum sit statim cum potest restituendum quia praeceptum affirmativum de restitutione includit negativum non tamen oportet

quod poena statim cum potest sit solvenda. Confessio vero inter debita poenalia numeratur.

Ad quintum dicendum quod maior [f. 93v], non est vera nisi intelligatur de opportunitate quae inducit urgentem necessitatem et ideo probatio ipsius est omnino falsa.

Ad sextum dicendum quod peccatum non solum deletur per confessionem in re sed per confessionem in voto, aut verius dicendum quod deletur per sacramentum in re vel in voto quod quidem sacramentum aggregatum ex contritione confessione operis, satisfactione et ex solutione quae est actus clavium et forma huius sacramenti.

Ad septimum dicendum quod maior est falsa quia tunc sicut et nunc solum tenebatur homo pro illo tempore quod urgentem induceret necessitatem. Unde Scotus dicit in prima di. XVII quod tunc sufficeret confiteri semel in vita scilicet eminenti extremo huius vitae exitu.

Ad octavum dicendum quod sicut Bonaventura negat minorem Thomas vero maiorem, Ricardus videtur sentire cum Bonaventura.

Ad nonum dicendum quod minor quantum ad confessionem in voto dicitur esse praeceptum sed quantum ad confessionem in re dicunt esse consilium vel potest dici quod Ecclesiasticus [17, 21-31] loquebatur de conversione contritionis.

Ad decimum dicendum quod maior intelligitur solum de eo tempore in quo de necessitate incumbit executio ut si quis voveret erogare pauperibus magnum auri pondus in die Parasceve. Si ea die sola impotentia reterdet ab executione votum pro facto accipietur quamvis prius illud potuerit exequi potest etiam dici quod confessio in voto pro facto accipitur, quantum ad delectionem culpae, non tamen quantum ad omnem effectum. Ex confessione enim actuali augetur gratia et remittitur poenam purgatoriam in toto vel in parte.

Ad ultimum dicendum quod aliud esse leve, puerile ac ridiculum facile potest ostendi ex titulo quaestionis. Unde illa duo adverbia [f. 94r] accipiuntur. Dubitabatur ibi enim utrum sufficeret confiteri soli Deo. Unde facile est videre quod illa adverbia dicunt ibi ordinem non autem tempus determinatum nec temporis brevitatem. Hoc dixi ad honorem et utilitatem Ecclesiae.